

DIE XXV. JUNII.
IN FESTO
SANCTI GULIELMI ABBATIS.
DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis
præter sequentia.

Oratio.

Lectiones de libro Sa-
piéntiæ.

Deus, qui infirmi-
tati nostræ ad te-
réndum salûtis viam in
sanctis tuis exéplum,
& præsídium collocásti:
da nobis, ità beáti Gu-
liélmi Abbatis mérita
venerári, ut ejúsdem
excipiámus suffrágia, &
vestígia prosequámur.
Per Dóminum nostrum
Jesum Christum Fílium
tuum.

In primo Nocturno.

Justus si morte.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Guliélmus Nobili-
bus Parentibus
Vercéllis in Insúbria
natus, vix quartum dé-
cimum ætatis annum
expléverat, cum miro
quodam pietatis ardore
flagrans Compostellâ-
nam peregrinationem ad
ce-

2 In feso S. Gulielmi Abbatis.

celeberrimum sancti Jacobi templum aggreßus est. Quod iter una amictus tunica, ac duplaci ferreo circulo præcinctus, nudisque pedibus prosecutus, asperima frigoris, & aestus, famis, & sitis summo cum vitate discrime perpessus est incómoda. Revesus in Italiam, novam ad Sanctum Domini sepulchrum peregrinationem molitur; sed quominus propositum exequatur, varia, atque gravissima intercedunt impedimenta, divino Númine ad altiora, & sanctiora religiosam juvenis indolem retrahente. Porró in Solículo Monte biennium inter assiduas preces, vigilias, chamaúnnias, & jejúnia commoratus; divina sub-

nixus ope, cæco lumen restituit, cuius miraculi fama percrebescente jam Gulielmus latere non poterat; quarè iterum Hierosolymam cogitat, & alacris se itineri committit. Rx. Honestum.

Lectio v.

DEi autem monitu, qui eidem appáruit, à propósito revocatur, utilior, ac fructuósior tam apud Italos, quam apud éxteras Nationes futurus. Tum Monasterium in Virgilianni Montis Cacumine, quod deinde virginis est appellatum, loco áspero, & inaccesso miranda exædificat celeritate. Sócios deinde viros, & Religiósos adsciscit, eosque ad vivendi normam

Evan-

In festo S. Gulielmi Abbatis. 3

Evangélicis præceptis, & patrâvit; inter quæ illud
consiliis summóperè ac- non siléndum , quod
commodâtam ; tum cer- Muliércula ad ejus cas-
tis légibus , ex beati Be- titâtem tentâdam mis-
nédicti institútis magna sa , in ardéntibus prunis
ex parte desúmptis, tum humi stratis illæsum se
verbo, & sanctissimis vi- volutâvit. De qua re
tæ exémplis infórmat. cértior factus Rogérius
R. Amâvit.

Lectio vj.

ALiis deinde Mo- nastériis eréctis, clárior in dies Guliélmi facta sánctitas , multos ad eum úndique viros perdúcit ; sanctitatis o- dôre, & miraculôrum fa- ma alléctos. Nam muti loquêlam , surdi audî- tum , áridi vigôrem, va- riôque , & immedicábili morbo labor ántes, sani- tatem ipsius intercessiô- ne recepérunt. Aquam in vinum convértit, aliâ- que complúra mirabília

Muliércula ad ejus cas- titâtem tentâdam mis- sa , in ardéntibus prunis humi stratis illæsum se volutâvit. De qua re cértior factus Rogérius Neápolis Rex in sum- mam viri Dei veneratiô- nem addúcitur. Demùm témpore sui óbitus Re- gi , aliisque prænuntiá- to , innúmeris virtuti- bus , & miráculis clarus obdormîvit in Dómino, anno salútis millésimo centésimo quadragési- mo secundo.

R. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangélium. Ecce nos reliquimus ómnia , de Communi Ab- batum. Missa , Os justi, de Comm. Abbatum.

Oratio propria ut suprá.

DE-

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Cum Serenissimus Sardiniæ Rex per suas pecuniares litteras Sanctissimo Domino nostro Pio Papæ VI. non minús pié , quam enixé supplicaverit pro extensione ad utrumque Clerum Ecclesiae universalis Officii , & Missæ de Communi Confess. non Pontif. cum oratione , & lectionibus secundi Nocturni propriis ; nunc denuo de mandato Sanctitatis suæ revisis , & correctis sancti Gulielmi Abbatis Fundatoris Benedictinæ Congregationis Montis Virginis ; Sanctitas sua benignè precibus annuens , auditō etiam R. P. Carolo Erskine Fidei Promotore , ad relationem mei infrascripti Secretarii , petitum Officium , & Missam recitand. as celebrand. singulis annis die vigesima quinta Junii in memoriam ejusdem S. Gulielmi Abbatis ab omnibus tam secularibus quam Regularibus utriusque sexus Christi fidelibus , qui ad Horas Canonicas tenentur , sub ritu dupli minori , servata tamen Rubricarum dispositione , præcepit.
Die 24 Augusti 1785.

J. Card. Archinto , Præfectus.

Loco ✕ Sigilli.

Julius Maria de Somalia S. R. C.
Secretarius.

Se hallará en casa de Joaquin Minguet.